Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Clamauꝰ ad te dñe tota die: expandi
ad te manus meas. Numquid mor
tuis facies mirabilia: aut medici suscita
bunt et confitebuntur tibi. Numquid nar
rabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam
et veritatem tuam in perditione. Numq̃d
cognoscentur in tenebris mirabilia tua
et iusticia tua in terra oblivionis. Et
ego ad te dñe clamaui: et mane oratio
mea preveniet te. Et quid dñe repel
lis orationem meam: avertis faciem tu
am a me. Pauper sum ego et in labo
ribꝰ a iuventute mea: exaltatus autem
humiliatus sum et conturbatus. In
me transierunt ire tue et terrores tui con
turbaverunt me. Circumdederunt
me sicut aqua tota die: circumdederunt
me simul. Elongasti a me amicum et
proximum: et notos meos a miseria.